

Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Klein. I.U.D. Et Pandect. P.P. ... Ad Lessum Et Funebrem Deductionem, Quam Matronae ... Annae Margarethae Beselins/ Viri ... Dn. Nicolai Schröders/ Senatoris, Cum Viveret, Rostochiensis ... Relictae Viduae Adornatam Expetunt ... Omnes Omnium Ordinum Ac Dignitatum Cives Academ. ... Invitat : [P. P. Sub Sigillo Rectoratus Die X. Octobr. 1698.]

Rostochii: Wepplingius, [1698]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746858434>

Druck Freier  Zugang





Klein, J.,


in **A. M. Beselin,**
musum Nic. Schröder.

R. 1698.

2.







50. 1698.
PROGRAMMA,

QVO

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JOHANNES *Slein.*

J. U. D. ET PANDECT. P. P. NEC NON CONSI-
STORII MECKL. h. t. DIRECTOR

AD

LESSUM ET FUNEBREM DEDUCTIONEM,

QVAM

MATRONÆ HONORATISSIMÆ, OMNIQ;
PIETATIS AC VIRTUTUM NITORE FULGIDISSIMÆ

ANNÆ MARGARETHÆ *Beselins/*

VIRI AMPLISSIMI AC PRUDENTISSIMI DN.

NICOLAI *Schröders/*

FRATRES, CUM VIVERET, ROSTOCHIENSIS

OPTIME MERITI

RELICTÆ VIDUÆ

ADORNATAM EXPETUNT

AC RELIQVI COHEREDES

MOESTISSIMI,

OMNES OMNIUM ORDINUM AC DIGNITATUM

CIVES ACADEM. OFFICIOSE AC PERAMANTER INVITAT.

ROSTOCHII, TYPIS JOH. WEPPLINGII, UNIV. TYP.



Ix lapsum est quatrduum, ex
qvo funereâ commentatione
functus sum in funere Viri Cla-
rissimi ac Doctissimi DN. JO-
HANNIS GROSCHII, Scholæ
hujus Oppidanæ, cum viveret,
Conrectoris fidelissimi, deque
pube insigniter meriti, primô
Conjugii, annôn non sine intenssi-
simô mellitissimæ Conjugis lu-
ctu præproperâ morte rebus hu-
manis erepti. Lactabar tunc spe haud dubiâ, fore, ut cum
abiturô Rectoratu meô, quem hesternus Dionysii dies,
novo eligendo Rectori juxta Majorum placita facer, Succes-
sori in Officio Rectorali Dignissimo conspirantibus Patrum
Conscriptorum votis detulit, etiam desitura sit tristi hôte
scribendi genere, Vos, *Cives Academici O. O. Honoratissimi*,
ad justa exeqvialia denuo convocandi necessitas; At verô
fallax & fragilis oppidô rerum humanarum conditio fal-
laciem hanc spem fuisse meam ipsô probavit eventu, quod-
que nobis iterum hodie funus deducendum est, abs me
exigit invitô, ut, qui omine non bonô Rectoralis mu-
neris partes â funereô officio auspici cogebam subtristi-
or, nunc easdem, Sceptra Academicis Alii licet jam desti-
natis, eodem finire scribendi argumentô. Scilicet præ-
sens dies, quô extremum honorem persolvimus Matronæ
Laudatissimæ, omniqve Virtutum, Sexum hunc appri-
mè condecorantium cultu maximè conspicuæ, ANNÆ
MARGARETHÆ Beselins/ Viri Amplissimi ac Pru-
dentissimi, DN. NICOLAI Schröders/ Senatoris
inclutæ hujus Urbis, dum viveret, dignissimi, relictæ
Viduae, non duntaxat mortalitatis, instabilisq; sortis ac spei
humanæ refricat memoriam, sed provectiorem potissi-
mum

num edocet ætatem, quod, quò ab ortu illa est remotior,
eò occasui & morti videatur esse propinquior: Testatur id,
ac suomet comprobatur exemplò, quam ad tumulum duci-
mus, pientissima Matrona, quæ licet vivendo emensa sit
sexagesimum ætatis annum, variâ tempestatis vi hæcenus
jactata, ipsum tamen vitæ terminum, à Mose præscri-
ptum, attingere haud quivivit, integrum adhuc decenni-
um morbi ingravescentis violentiâ calculo Mosæico subdu-
cente. Cujus laudabiliter actæ vitæ Historiam ab ipsò ejus-
dem ortu auspicabimur. Initium verò mortalitatis **PIE**
DEFUNCTA cepit in hac ipsâ civitate, Annò supra mil-
lesimum sexcentessimum trigessimò octavò, vigessimò Maji
die, ipsò Trinitatis Festò, ex Nobili & perantiquâ **BESELI-**
NORUM Profapiâ oriunda, **PATRE** **QVE** fata, Viro Nobili
Amplissimò ac Prudentissimò, **DN. JOHANNES Beselin/**
Patriciò, ac Senatore Reip. Rostochiensis olim meritissimò;
MATRE verò **DOROTHEA Marshallers /** Fœminâ o-
mni laudum ac Virtutum decore commendatissimâ. **AVUS**
PATERNUS ipsi fuit **DN. JACOBUS Beselin/** Patricii Or-
dinis ac Sedecem-Vir, itidemque Nicolaitani Templi Præ-
fectus fidelissimus, Vir justitiæ ac æqvitatæ amantissimus,
Nobilis, Amplissimi ac Prudentissimi **DN. JOHANNIS**
Beselin/ Patriciâ ac Senatoriâ apud Rostoch. dignitate fulgi-
diss. nec non Camerarii meritissimi Filius, quem Beata no-
stra **PROAVUM** laudavit **PATERNUM:** quicq; thori soci-
am sibi elegit svavissimam **MARGARETHAM Steins/**
Nostre PRO-AVIAM PATERNAM & DN. JACOBI
Steins/ Senatoris Rostoch. Dignissimi Natam Lectissi-
mam, **AVIAM** verò agnovit **PATERNAM, MARGARE-**
TAM Habemans/ Fœminam pietate, aliisq; dotibus ne-
mini secundam, Viri spectatissimi ac integerrimi, **DN.**
VALENTINI Habemans/ Mercatoris ac Civis in hac
olim Civitate præcipui Filiam. **AVUS MATERNUS**

X 3

p 18

piè Defunctæ 'extitit, Vir Generosus, Consultissimus ac
Excellentissimus DN. PROTASIUS *Marstaller/ Jctus*
Celeberrimus, Serenissimorum DN. DN. DUCUM
MEGAPOLENSIUM, DN. ULDARICI & DN.
CAROLI, illustrissimæ recordationis Consiliarius
Cancellariæ Gravissimus, Tres inter Fratres suos
(scilicet DN. GERVASIUM *Marstallern/ Medicinæ*
Doctorem & Duc. Pomeran. Sedin. Archiatrum Celeber-
rimum, DN. MARTINUM *Marstallern/ Jctum*
Famigeratissimum, Camerae Ducalis Pomeraniæ Sedin.
Consiliarium optimè meritum, Comitum itidem Palatinum
ac Capituli Sedin. St. Mariæ Capitularem Gravissimum,
& DN. WILHELMUM *Marstallern / Jctum* ac
Consiliarium Pomeraniæ Sedin. insignibus meritis fulgi-
dissimum) teste Micrælio *in Chron. Pomeran. Lib. 4. pag. 16 17.*
98. & 167. meritorum ac nominis celebritate maximè con-
spicuos, natu secundus; Cui suavi ac concordii juncta fuit
matrimoniò ANNA *Schütten/ Matrona venerabili mo-*
rum & probitatis encomiò laudatissima, Viri Amplissimi
ac Prudentissimi DN. NICOLAI *Schütten/ Senatoris*
Gustroviensis olim benè meriti, ortique Patre DN. JO-
ACHIMO *Schütten/ Nobili Silesiò*, relictis feudis avi-
tis, Patriâ ob religionis persecutionem & intolerabilem
Pontificiorum sævitiam exule, translataque in Megapolim
nostram tunc fortunarum suarum sede, à Serenissimò Duce
Megapolensi DN. HENRICO, Gustroviensis, Stargardiensis
& Suanensis Districtus Capitaneò ac Præfectò Supremò
constitutò, Filia tenerrimè dilecta, quæ Beatæ Nostræ fuit
AVIA MATERNA. PROAVUM MATERNUM
fuisse accepimus, Virum Nobilissimum, Amplissimum
atque Experientissimum DNM. GERVASIUM *Mar-*
stallern/ Medicinæ Doctorem, ejusdemque in Almâ
Jenensi olim Professorem Excellentissimum, posteaque
Sere-

Serenissimi Ducis Luneburg. & Brunsvic. DN. WIL-
HELMI, teste Chitræo *in Saxon. Lib. 24. p. 657. in Annum.*
1578. Archiatrum Celeberrimum, cui nupta fuit DORO-
THEA Trengers / Fœmina omni virtutum matrona-
lium ornamento tum maximè spectabilis, quæ Beatæ
Nostræ extitit PROAVIA MATERNA, ex antiquis-
simâ TRENGERORUM Familiâ, Patriciorum gene-
re apud Hallenses clarissimâ, oriundâ, ABAVUS PA-
TERNÆ LINEÆ fuit DN, HENRICUS Beselin /
DN. NICOLAI Beselin / Senatoris & Patricii Ro-
stochiensis Filius, qui stabili connubii nexu sibi copulatam
habuit AMNAM Eggers / Matronam omnigenis se-
xum suum ornantibus virtutibus instructissimam, piè
Defunctæ ABAVIAM PATERNAM. LINEÆ verò
MATERNÆ ABAVUM salutavit, Virum Nobiliss. ac
Consultissimum DN. GERVASIUM Marshallern /
Consulem Neoburgensem in Brisgoâ Gravissimum
& ABAVIAM, ELISABETHAM Warnerin / mo-
rum innocentiam ac pietatis laude omnibus commendatissi-
mam Matronam. Hisce Majoribus, Generis splendore,
Virtutumque ac Meritorum decore fulgidissimis creta mag-
næ Nostre, non potuit non probitatis simul & pietatis
hausisse igniculos, quos succrescente paulatim ætate egre-
giè expressit. Sacratissimò enim salutaris baptismi fonte,
statim, quâ nata est, sollicitâ Optimorum Parentum curâ
splendidissimè renata, à primis cunabulis per molliores pu-
ellaris ætatis annos in pietate, aliisque omnibus, seqviorem
Sexum maximoperè commendantibus, educata est virtu-
tibus, nec quicquam à providis Parentibus intermissum est
illorum, quæ præclaræ ac virtuosæ educationi factura esse
crederentur. Quò factò moribus ac Virtutibus ita evasit
instructâ, ut pietate ac castitate nil habuerit per omnes vi-
tæ dies prius, aut antiquius, nullâ puellarum rem Oecono-

micam benè ac feliciter olim administrandi peritiâ inferior:
Qvibus tot tantisque fulgens virtutibus, facile sui deside-
rium accendere potuit in procis non unis, qvos inter exple-
tâ ætate nubili, eandem exambiit Vir Spectatissimus, Litteratissimus ac integerrimus DN. MARTINUS SILLER, Civis apud nos olim Primarius & in Sedecem Virorû Collegiô civicô Senior Templiq; Mariani Præfectus fidelissimus; Quo cum ab Anno 1659. 19. Jun. usque ad Annum senescen- tis hujus seculi 91. pacatissimô Conjugali consortiô per integros triginta & duos annos svaviter, concorditer ac feliciter vixit. Hôc verò Optimô orba Maritô, Divinâ ita dispo- nente providentiâ, expletô luctus tempore, 3. Febr. A. 1692. secundis copulata nuptiis, domum ducta est â Viro Amplif- simô ac Prudentissimo, Dn. NICOLAO Schrôderu/Se- natore hujus Urbis olim meritissimô: Concors quidem & felix, sed brevis admodum fuit hæc socialis vitæ consue- tudo: Vix enim unicô â nuptiis annô præterlapso, svavissimô vitæ sociô carere, secundâq; vice viduû cepit premere tho- rum, Maritô 5. Martii die Anni 1692. ad Cœlites abeunte. Ex illô verò tempore tristitiâ penè consumta, variis tentata est morbis Vidua mœstissima, donec tandem illorum vi victa, omnibus planè prostratis viribus, nec generosiori- bus quidem qvibuscunqve adhibitis medicamentis debel- lando malo sufficientibus, Deo se totam comiserit, de- cretoriamque appropinquare horam persentiscens, secun- do hujus Mensis die circa horam IX. matutinam inter suspi- ria & preces adstantiû Cognatorum, postquam sacro Domi- nici Corporis ac sanguinis viaticô instructa, simulq; â Con- fessionario suo, Viro admodum Rev. Ampliff. ac Doctiff. Dn. Doct. BERNHARDO MULLERO, Fautore & Ami- co nostro æstumatissimô, saluberrimô verbi Divini phar- macô contra ingruentis mortis hororem præmunita satis & obfirmata esset, placidâ analysi Creatori suo animam su-
ma


am reddiderit, maximò fui **COGNATIS MOESTISSIMIS**
relictò desiderio; uti exsequenti morbi Historiâ, quam Vir
Nobilissimus, Excellentissimus atq; Experientissimus DN.
JOHANNES ERNESTUS SCHÄPER, Medicinæ
Doctor, ejusdemque in hac Almâ Professor Celeberrimus,
Dn. Collega ac Fautor Honoratissimus contexuit, copiosius ac
clarius appricabitur, quam conceptis hîc adjuvare verbis:
Ita verò Ille:


*Ad morbum B. n. quod attinet dies 29. Junii h. a. erat cum vocatus eam
letho affixam reperirem cum querelis de Ventriculi & intestinorum dolo-
ribus, maxime autem precordiorum anxietatibus, hypochondri-
orum ac totius ventris inferioris inflatione, respiratione difficili, san-
guinis ariditate sicque siti semper, presenti ut & virium debilitate
que frequentissimas & vix unquam junctas haberent ructuum flatuumq;
eructationes, ad quas sæpè non tantum nausea sed & vomitus seque-
rentur, imprimis cum ructus magno impetu egressum vel conarentur
vel perfuerent; hæc omnia sine remissione nisi mox post copio-
sam ructuum flatuumque eructationem admodum irritetur haud ita
durabilis remissio, cum in priorum locis succidendi alii essent ructus. In
hocce statu agra nostra erat, & cholera quæ a sicca vocant, se esse affectam
abundantem probabat, qui morbus aliâ per se sat gravis, augebatur ex
eo quod edematofos gerebat pedes, & species presentis cachexia erat
Interpres. Ex multis annis collectus hic Complicatus affectus erat &
adhuc sub ipso morbofo statu si non diæta, cura tamen & animæ pathe-
mata quæ sanguinis spiritusq; animales ad vehementiam urgent, quæ
rebus in domesticis, quas sola omnes percipiebant, fere quotidie occurrunt,
rem in deterius agebant, ut inter alia pariter Vomitus initio tantum
vari Eructuum eructatione vehementiori demum oriundi iam frequentio-
res, antea assumptorum, iam bibulosi, eruginosi cum diarrhæa eadem
essent, cumq; relicta precordiorum anxietate cardialgiâ & intestinorum
doloribus audis. Acro-acido-Viscosum sic erat quo patiebatur agra,
quodq; totum ventriculi & intestinorum tractum in spasmodicas agebat
contractiones, quæ si in alia eorum parte remittebant, in altera magis
augebantur, & hinc disparentes antiquas inflationes alia recentiores ma-
gnitudine maiori excipiebant. His ipsis autem iam tum hinc inde factæ
obstructiones in lymphaticis vasibus adhuc & copiosiores & pertinaciores*


EVA.

evadabant, & circulus simul sanguinis impediabatur cum in simul ex ten-
sis spasmodicè paribus membranosis vasorum coarctatio esset, eo bine
res exeniebat, ut pedes maxime tumidi & abdomen tympani instar ex-
pansum observaretur cum asthma insigniori, quod convulsivum vo-
cant. Hisce omnibus autem licet ex eo, quo vocatus, momento remediis
appropriatis ac maxime convenientibus obviam iretur, ac sepe non in-
felix exinde observaretur successus, ipsaq; agra sæpè spem reconvalescen-
tiæ inde caperet, perpetua tamen spes non erat, sed sæpè per recrudescens
inopinato malum mutabatur, donec tandem aucto abdominis tympani-
nitico tumori & asthma convulsivo majori in reliquis quoq; paribus
convulsiones supervenirent, quibus cum convulsionum ex vehementia vi-
rium, defectu succumbere cogeret agra, die 2. Octobr. inter horam 8. & 9.
matutinam animam suo reddebat Creatori. Hæc ultima vitæ
Linea ac Clausula fuit pientissimè DEFUNCTÆ NO-
STRÆ, quæ, dum viveret, summâ semper veneratio-
ne Deum coluit, Benignitateq; in Pauperes, & in omnes
Comitate atq; Benevolentia ita excelluit, ut Speculum
aliquod & Regula Sexui suo haud immeritò videri possit,
jam verò piè denata, in illam transiit Beatorum sedem,
ubi à morborum omnium & ærumnarum insultu liberata,
nunquam desitura carpit gaudia: Hujus OPTIMÆ MA-
TRONÆ cum exuvia Terræ Matri in Templo Mariano
horâ Primâ hodiè sint reddendæ, ad justorum exsolutionem,
CIVES ACADEMICI, O. O. HONORATISSIMI, dicto
tempore frequentes confluite, ex animoq; Corpus ad dor-
mitorium suum deducite, novissimò hōcce Humanitatis ac
Charitatis officio, quod Vobis post mortem idem ipsi de-
pendi desideratis, non parùm justum Nobilissimæ BESE-
LINORUM Familiæ mœrorem levaturi: Quod igitur
FUNCTÆ Virtus, & quâ nata est, CLARISSIMA exigit
FAMILIA, id ultrò VOS facturos esse confido, utq; proni &
lubentes faciatis, abs VOBIS publicâ hâcce commone-
factione officiosè ac peramanter contendo.


P. P. Sub Sigillo Rectoratus Die X. Octobr. 1698.
CONVENTUS FIET HORA PRIMA IN
TEMPLO MARIE SACRO.







am reddiderit, maximò sui **COGNATIS**
 relictò desiderio; uti exsequenti morbi
 Nobilissimus, Excellentissimus atq; Expe
JOHANNES ERNESTUS SCHAP
 Doctor, ejusdemque in hâc Almâ Pro
 mus, Dn. Collega ac Fautor Honoratissi
 copiosius ac clarius appricabitur, qua
 adjicere lubuit verbis: Ita verò Ille:
Ad morbum B.n. quod attinet dies 29. Junii h. a. e
lecto affixam reperire cum querelis de Ventriculi
ribus, maxime autem precordiorum anxietat
orum ac totius ventrid inferioris inflatione, respi
cium ariditate sicque siti semper, presenti ut
que frequentissimas à v. n. g. x. a. t. w. junctas haberen
eructationes, ad quas sæpè non tantum nausea se
rentur, imprimis cum ructus magno im. etu egre
vel perficerent; hæc omnia sine remissione
sam ructuum flatuumque eructationem adju. dis
durabilis remissio, cum in priorum locu. succ. d. he. a
hocce statu agr. nostra era; & chol. qu. in siccam v.
abundæ probabat, qui morbus alia per se sat gr.
eo quod edematosos gerebat pedes, & scies pres
 Inerpres. Ex multis annis collectus hic Complic.
 adhuc sub ipso morbozo statu si non diata, cura tan
 mata que sanguin. m. Spiritusq; animales ad vebem
 rebus in domesticis, quas sola omnes perficiebat, fere
 rem in deterius agebant, ut inter alia pariter Von
 vari Eructuum eructatione vehementiori demum orin
 res, antea assumptorum, iam bibliso. aruginosi cur
 essent, cumq; relicta precordiorum anxietate cardial
 doloribus auditis. Acre acido-Viscosum sic erat qu
 quodq; totum ventriculi & intestinorum tractum in
 contractions, que si in alia eorum parte remitteba
 augebantur, & hinc disparentes antiquas inflationes
 gnitudine maiori excipiebant. His ipsis autem iam
 obstructions in lymphaticis vasis adhuc & copiosior



SIMIS
 m Vir
 DN.
 icinæ
 berri
 tuit,
 shic
 s eam
 dolo,
 ndri
 , fau
 licate
 umq;
 que
 entur
 opio
 d ita
 . In
 Etam
 r ex
 erat
 at &
 si be
 que
 unt,
 tum
 ntio
 dem
 rum
 gra,
 ebat
 agis
 ma
 abla
 pres
 va-